hunc ordinem observant. Nam posita aliqua figura conformi alicui n.° ad aliquem certum effectum inscribatur ei singulis angulis nomen aliquod Divinum desideratæ rei vim obtinens ita tamen quod nomen totidem l[itte]ris constet quot unitatibus numerus constet. Tale vero nomen in totum unum, vel plura vel diversa in singulis figuræ inscribatur, in medio vero figuræ ipsius nominis revolutio tota, vel saltem p[ar]tis colloretur.

Sepe etiam pentaculum constituimus facta revolutione aliqua alicuius nominis in Tabella quadrata circulo simplici circumducto, vel duplici inscribendo versiculum aliquem sacrum n[omin]i huic congruentem vel ex quo hoc nomen extractum sit, et hæc est revolutio Pentaculorum, quæ ad libitum, ad maiorem efficaciam, et virtutem intensiorem possumus in se invicem cum alijs multiplicare, et commiscere, ut si fiat deprecatio pro destructione inimicorum, recordemur quomodo Deus destruxerit faciem terræ in Diluvio aquarum universali, Sodomam et Gomorram per pluviam Sulphuris et Ignis, exercitum Pharaonis in mari rubro et meminerimus Christum siccis pedibus ambulare super aquas et eumdem servisse naviculas periclitantem, venatijs et

fluctibus